Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1959
Quelle:
Copyright:

fen Bütel ſ. *Beutel)* mactat Lutheranis adverſum. Illud vero dextre averruncavit *Peucerus L. I. Epiſtt. Melanchr. Witeb.* 1570. p. 223. 8. vel potius ante eum *Job. Manlius* in *Farrag. Epiſtt. Baſil.* 1565. p. 66. 8.

2) Epiſtola multum refecta cujusdam ex Academia *Witteberg.* a Parentibus ad aliquot hebdomadas avocati, et absque venia *Melanchthonis* diſcedere nolentis. Initium: *Quoties cogito ſapientiſſimum illud dictum Ariſto. de Areopago* &c.

3.) *Pia epiſtola Dn. P. Melan. ad paſtorem Lubeccenſem de non recipiendo libro Auguſtano, quem interim vocant. 1548. Poſt conuentum Myſnæ habitum.* Initium: *Vtrum conditione Auguſtani libri quæſita ſit Eccleſiarum Concordia* &c.

4.) *Hier. Baumgartneri* Epiſtola ad *Phil. Melanchthonem* data *Norimbergae* 5. *Aug.* 1545. qua ſuum e captivitate reditum ſignificat. Fuerat autem Vir hic patricius anno praecedente, dum e Conventu *Spirenſi* rediret, a *Job. Thoma Roſenbergio* Equite *Francone* ob inveteratas quasdam *Norimbergenſium* cum Foedere *Suevico* tricas detentus. Init: *Perrupit tandem caelos et ad aures Domini penetravit oratio piorum* &c.

5.) *Viti Theodori* Epiſtola ad eund. *Melanchthonem Norimbergae* eod. an. et die, itidem de Reditu jucundo *Hier. Baumgartneri*, quem *ornatum* fuiſſe noſter ait morte *Conradi Haller* 88. annorum Senis Patricii, qui a Sacris catholicis dimoveri non poterat; unde cum Familia ejus magnificum funus pararet, *Senatus ſerio interdixit, ut ſine Pompa omni, ſine ſcholaſticis, ſine miniſtris, ſine candelis, quæ ante ædes ſolent poni, ante Prandium efferretur. Aut futurum ut cum ignominia extra Cæmiterij Parietes ſepeliatur. Nec ueriti ſunt Regis præſentiam.* &c. Macte animis! Init: *Salutem in Domino, qui eſt adjutor in opportunitate* &c.

6.) *Mart. Lutheri* Epiſtola ad *Pancratium* Eccleſiaſten *Dantiſcanum* data *Wittebergae 7. Maji* 1543. qua reſpondet querenti de prohibito per Regum et Epiſcoporum Edicta uſu Sacramenti, hortaturque, dum res ſe dent, ſaltem a verbi miniſterio non deſiſtere. Init: *Lætus certe literas tuas legi* &c.

7.) *Epitaphia* elegis exarata XIII. ad *Saxoniam*, potiſſimumque *Wittebergam* pertinentia, quorum Indiculum texo: *Laur. Zeidleri* Juvenis *Sileſii* duplex, a. 1536. *Goldbergae* defuncti. Filiolorum *Phil. Melanchthonis*, *Juſti Jonae* et *Viti Amerbachii. Mart. Hegii Friſii*, *Witteb.* 1544. *Chiliani Metzleri* ibid. 1539. *Margaritae Metiae. Suſannae Bremſelii* Medici *Witteb.* filiae. *Magdalenae Mart. Lutheri* filiolae duplex germ. et lat. ipſo, ut praemittitur, patre autore a. 1542. *Friderici* Ducis *Sax.* ex aerea tabula templi Arcis

Witteb.